



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 130. Dissertatio Baronii de Sicula Monarchia Hispani Regis jussu  
proscripta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Sæc. XVII. Lutetiam Parisiorum abducitur, ac  
A. C. 1610. paulopost de Regii Senatus sententia  
 capite damnatur, læsæque Majestatis  
 reus non modo plectitur, sed & truncus  
 in ardentem rogam injicitur, caputque  
 palo suffixum Vattanzæ exponitur, bonis  
 fisco adscriptis, postea tamen a clementissimo  
 Rege ultro inter Rei Cognatos distributis.  
 Sic inopinæ Divitiæ Florimundo ultima mendicitas,  
 & infamis ruina exstiterè.

## §. CXXX.

*Dissertatio Baronii de Sicula Monarchia  
 Hispani Regis jussu prescripta.*

*Ferreiras  
 cont. Hisp.  
 art. 2. p. 177.  
 tom. II.  
 Grammont.  
 l. c. Abregé  
 de l'hist.  
 Eccl. tom. 3.  
 Du Pin de-  
 fens. de la  
 Monarch.  
 de Sicil.*

Hæc dum in Galliis agebantur, Philippus III. Hispaniæ Rex adversus membrana Baronii Cardinalis pugnare cæperat: Hic enim in undecimo Annalium suorum tomo Hispaniæ Regibus nequaquam prærogativas Rogerio Siciliae Comiti ab Urbano II. concessas competere assererat: Erant autem hæc tres, ut nullus Pontifex Legatum in Siciliam invito Duce ablegare possit. II. Plenam legati potestatem circa jurisdictionem Papa concedat eidem. III. Nullus Episcopus aut alia Persona Ecclesiastica sine Ducis consensu e Regno evocetur: cum vero ætate Nicolai II. jam antea Comites

tes & Duces Siciliae professi essent, quod Sæc. XVII. A. C. 1610.  
 Apostolicæ Sedi debeant *Homagium*, ut                       
 vocant, *Ligium* pro Siciliae Regno, sub  
 hac clausula: *in Ecclesiis vacantibus Nos,*  
*& nostri in Regno hæredes nulla habebimus*  
*Regalia, nullosque eo nomine fructus, redi-*  
*tus, proventus, & obventiones percipiemus,*  
 Baroniæ autem hanc feudi legem us-  
 que ad Carolum V. Austriacum valuisse  
 affirmavit, inde tanta in eum exarsit  
 Hispani Regis indignatio, ut is hunc tra-  
 ctatum non modo proscribere, sed &  
 flammis tradere decerneret: Hujus ta-  
 men sententia usque ad Baroniæ & Hen-  
 ricæ IV. Regis obitum dilata est; vere-  
 bantur enim Hispani Proceres, ne iste  
 acriori calamo, hic autem Regia au-  
 thoritate sua Baroniæ famam vindica-  
 rent. Tandem vero hoc anno die ter-  
 tia Octobris proscriptionis edictum pro-  
 diit, Panormi a Cardinale Joanne D'Au-  
 ria Regni Governatore decima septima  
 Decembris promulgatum. Hanc ob  
 causam hæc dissertatio in editione Ant-  
 verpiæ, quæ urbs tum Hispano Regi  
 parebat, facta non reperitur. Ceterum  
 in superhabito hoc edicto non modo in  
 ipso Annalium opere, sed repetito prælo  
 hæc lucubratiō seorsim excusa fuit;  
 vetito enim augetur librorum auctori-  
 tas, clariusque non raro alias obscu-  
 rus liber, accensâ supplicii flamma  
 splen-

Sæc. XVII. splendescit, ejusque fummo concitati  
 A. C. 1610. non pauci privatim avidius inquirunt  
 & perlegunt publice castigata.

## §. CXXXI.

*Bellarmini tractatus de Pontificis po-  
 testate in Senatu Parisino  
 proscriptus.*

*Argentre  
 collect. Jud.  
 tom. 2. p. 19.  
 Merc. Gal-  
 lobelg. An-  
 nal. tom. 6.  
 hb. 4.*

Idem ferme fatum subiit Lutetiæ Pari-  
 siorum Bellarmini Cardinalis tracta-  
 tus de potestate summi Pontificis in rebus  
 temporalibus adversus Guilielmum Bar-  
 claium; hoc enim anno Ludovicus Ser-  
 vinus Regiæ Curia Advocatus urgente  
 Richerio hunc librum tanquam Regiæ  
 Autoritati & Franciæ Regno nocivum  
 denunciabat, ac coram Parisini Sena-  
 tus Patres totam illius Synopsin expo-  
 nebat, præcipue in eo suggillans, quod  
 a Gregorii VII. tempore plures Impera-  
 tores, Regesque per Pontifices & Con-  
 cilia anathemate, nullo ex illis recla-  
 mante Principe, percussos recenseat,  
 subjungens: *Quid hic Barclaius diceret?  
 si hæc non est Ecclesiæ Catholicæ vox, ubi  
 obsecro eam inveniamus?* Postea Servi-  
 nus exagitabat doctrinam Bellarmini de  
 potestate Pontificia indirecta in Reges  
 hæreticos & eorum subditos a juramento  
 fidei solvendos: hocque dogma mini-  
 me tolerandum ajebat in Galliis, ubi  
 Henri-